ratum affri habebant. Nobilissimos quoque obsides
quot quot ab hispanis acceperant. magonem etiam
fratrem annibalis ibidem capit. quem roma cum aliis
mittit. Rome ingens letitia post hunc nuntium fuit.
Scipio hispanorum obsides parentibus reddit. quare omnes
fere hispanie uno animo ad eum transierunt. post que as
drubalem annibalis fratrem uictum fugat. et predam ma
ximam cepit. Anno xiiii. quam in italia annibal ue
nerat. scipio qui multa bona (bene) in spania egerat. consul
est factus. et affricam missus. cui uiro quod dam diuinum
inesse estimabatur. adeo ut putaretur. etiam cum numi
nibus habere sermonem. Is in affrica contra annonem
ducem affrorum pugnat. exercitum eius interficit. secundo pre
lio castra capit. cum quattuor milibus et quingentis mi
litibus. xi. milibus occisis. Sifacem numidie regem
qui se afris coniunxerat capit. et castra eius inuadit.
Sifax cum nobilissimis numidis et infinitis spo
liis roma a scipione mittitur. Quare audita omnis
fere italia annibalem deserit. ipse a cartaginen
sibus redire in affricam iubetur quam scipio uastabat.
Ita anno septimo decimo ab annibale italia liberata est. Ao.
Transacto punico bello secutum est macedonicum contra
philippum regem. Quingentesimo quinquagesimo et primo
anno ab urbe condita titus quintius flammi aduersus
philippum regem prospere egit. pacemque dedit que erat
his legibus: ne grecie ciuitatibus quas romani contra eum
defenderant. bellum inferret. ut captiuos et tran
fugas redderet. l. solas naues haberet. reliquas ro
manis redderet. per annos decem quaterna milia pondo
argenti prestaret. et obsidem daret filium suum demetrium. Demetrius obses datus
Titus quintius etiam lacedemoniis intulit bellum. du

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_927/0109
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG